



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Exemplis Patrvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

uoluntate diuina immutabiles. Quare & statim in paradiſo iugendo gradu ascendentium & descendantium prohibito edita est. Non linquer homo patrem & matrem, & adhærebit uxori sua. Expressa Patrum uoce declarata est hæc uoluntas Dei, ut Iacob maledicat filio, qui attigerat nouercam. Et texetus in Leuitico affirmit, quia Chananaeos propter incestas libidines. Cum autem Deus primit gentes, quæ sunt extra politiam Moysi, & quæ fuerunt ante Moysen, perfpicuum est, has prohibitions esse æterna & innominata mandata, & pertinere ad omnes homines. Ideo & Paulus punit Corinthium, qui attigerat nouercam. Hoc & addantur exempla ponarum, quæ plurimæ leguntur in omnium temporum historiis. Scendum est igitur, non ualere dispensationes, quæ concedunt commixtionem in gradibus prohibitis in eo textu Leuiticiis.

A D D I T A E sunt autem diuinis prohibitionibus & hinc quædam in proximis gradibus. Ut, in secundo gradu in linea æquæ, & tertio gradu, ut maiore reverentia diuinæ prohibitions obseruantur. Hoc consilium honestum & probandum est. Sed sciant omnes gerbernatores discrimen prohibitionum diuinarum & humanarum. Diuinæ nequaquam solui humana autoritate possunt. Sed interduo probabilis ratio incidere potest, quare humanae prohibitions laxae, quod tamen circumspicte fiat per pastores & magistratus, non prouta temeritate. **C A E T E R V M** prohibitions de cognitione spirituali proflus reiiciendæ sunt, qualis est, ne quis ducat eam, cuius baptismo affuit. Pertinet etiam ad officium magistratum, quod loco re sapienter deliberata constituere, quas prohibitions humanæ retinere uelint.

DE EXEMPLIS
P A T R V M.

V I D I M V S etiam multos, qui usitatas leges connubiorum idoneo negligebant, quia leguntur dissimilia veterū exempla de polygynia, & de coniungis Jacob, qui duas sorores duxit. Non est autem exemplis sed legibus iudicandum. Et in hac tanta re considerenur præcepta diuinæ. Certeissimum est, legem coniugij primam in paradiſo sanctam esse, ut tantum unius maris, & unius foemine coniunctione esset. Erunt duo in carne una, id est, inseparabiliter iuncti. Et statim postea Lamech discessit ab hoc ordine, & post diluvium Deo-tiam in suo populo tolerauit exempla dissimilia primæ institutionis: tamen filius Dei nos ad primam institutionem retrahit, inquit Matth. 19. Ab initio non erat sic. Et repetit dictum: Erunt duo in carne una. Et Paulus inquit: Vir non habet potestatem corporis sui, id est uxori. **P R A E T E R E A** de gradibus cum extent iam in Leuitico proportionibus,

hibitiones, obtemperare his necesse est. Nec querendum est, quomo-
do excusandi sint Patres, quia sancti non sunt sine uitijis: & omnes
omnibus temporibus contagia quedam habemus ab erroribus & ui-
tijis nostri temporis. Quia vero patres uera invocatione Deum cole-
bant in agnitione redepositoris, & erant fideles custodes doctrinæ, &
excellebant omnibus uirtutibus, & bonam conscientiam alioqui re-
tingebant, tales nauis tegebantur, qui iam erant eius temporis mores
politici.

DE CONSENSU.

DICTVM est in definitione, Coniugium esse legitimam co-
plementationem. Hac restrictio docet, personarum discrimina esse: item
ordinatus consensum. PRIMVM igitur sit consensus expressus
sponsi & sponsæ, ut regula sepe repetita in iure docet, coniugia mu-
tuo consensu iungi. Et ab hoc consensu absint error & violentia. Ac
postea de errore dicam. De uiolentia uero sciendum est, non esse con-
sensum, nec coniugia, cum persona uic cogitur, ut promittat coniugi-
um. Et hac in re accidunt multa tristia errata.

DE CONSENSU

PARENTVM.

VETUSTA iura ita postulant consensum parentum in spon-
sibus, ut cum non accedit consensus parentum, concedant etiam
ante commixtionem rescindi despunctiones. Et Ambrosius in hi-
floria Rebecæ postulat consensum parentum, idque dicit adeo ho-
nestum & naturæ consentaneum esse, ut Poëta quoque idem docue-
rint, & recitat uersus Euripidis, apud quem in Andromacha, cum
Ortelæ peteret coniubium Hermiones, hæc respondet, Eam rem
pertinet ad arbitrium patris. Versus hi sunt:

Νυκθευμάτωρ μὴν τῷρ ἐμῶρ πατήρ ἐμόδι
Μέγιμναρ ἔξι κοῦκι ἐμόρι κείνερ ταῦται.

Nec longiorem disputationem addo, cum constet in Eccle-
sia harum regionum hoc seruari, ut consensus parentum requiratur,
& despunctiones iudicentur irrita refragantibus parentibus.

Si d ad officium iudicum pertinet considerate, ubi parentes
probabilem causam habeant refragandi, ubi non sit probabilis cau-
sa. SCIENDVM & hoc est, post concubitum non posse rescindi
coniugia autoritate parentum, quia non est iam quæstio de futuro
coniugio & uiolata est autoritas parentum, & si ceteri iniuria desertæ
mulierit.